

tro magnos insuper sustineremus sumptus : et si quibus species aliqua magistratus interveniente pretio a decessoribus nostris tradita esset, adhuc id medicina curaremus, atque hoc genere tributi collatores nostros redderemus liberos, et officia suscipientibus de nostro solatiūm introduceremus, quo magis hos quoque libertatis particeps efficeremus. Siquidem in parato nolis est, Deo, (ut appareat) talia largiente, ut non solum Afros, et quæ ibidem gentes sunt libertate donemus, sed etiam ut eos, de quibus in mediollito quodammodo nostra reipublica singulis ferme annis nova actio instituebat, neque tamen dabatur sub eodem manere cauponator, sed per modica intervalla nunc hujus, nunc illius postestat subdebutur, hujusmodi dispendio et turpitudine liberemus. Hanc nos gratiam Deo referandam putavimus, qui imperii nobis coronam imposuit, qui communī omnium calculo per patrem nostrum purpuram nobis donavit, qui denique tot tantasque in nos liberalitates explicuit, quantas nulli majorum nostrorum unquam dedit.

CAP. V.

Oportet igitur, ut qui ad hoc officii accedit, sciens prudensque quam multis hominibus, quam multis prasideat urbibus, quam venerandus item futurus sit, mutata dignitatis forma ex consulari et correctoria in majorem magistratum et spectabilem, per omnia subditis parcat, et indemnes ipsos tueatur, paris etiam ubique utatur manibus, et publicum augeat, ad ejusque commoda omnem referat providentiam : privatum quoque sordibus⁷ et muneribus abstineat : et civitatibus publice simul et privatum sua jura decernat, oberrando eas perlustrat, et iis medeatur, nihil lucri causa faciat : neque parvum neque magnum, sed bonum et memorabile nomen appetat, et diligenter, sanctepe per omnia datum iusjurandum obseruat, in omnibus denique gratiosum se nobis exhibeat. — § 1. Cavebi vero etiam, ne quod præcepue in Ponto committi solet, ejus rei cuiquam facultatem det, ut nempe titulos⁸ imponat prædictis, vel alienis aedibus, siquidem hoc solummodo fisci proprium est, et regiam domum tam nostrarum quam pientissimæ Augustæ. Si vero sub alterius appellatione tabulas sive titulos impositos reprehendat, tam ipsas protinus detrahet⁹, quam eum qui illas affixerit, perversigabit. At si quidem is qui se rei dominum esse dicit, hoc fecerit, exemplo illius¹⁰ rebus publicis imponet titulos, prius his titulis, quos ipse apposuit, ad caput ejus impactis confractisque. Si vero alienarum rerum procurator, fuerit, tam titulos (ut diximus) ad ejus caput confringet, quam modicis etiam tormentis eum subjiciet, quo magis haec perdiscens is cuius causa id factum fuerit, cognoscat, quod neque ipse per se, neque per certos satellites, aut per eos qui in hoc assumuntur, ut explenda ejus avaritiae satagant, subditos injuriis afficere licet.

CAP. VI.

Consimiliter oportet, ut ipse spectabilis moderator latrocina exercentes, et habendi studiō alios defraudentes, mulieres denique, bona, jumenta, et ejus generis alia rapientes, reprimat, quo incontaminatum jus conservet, et nos recte hoc videamus cepisse consilii : neque quibusdam per provinciam grassantibus, ipsis vero ejus facti vindictam non repetentibus, pénitentiam non incessat, quod latrunculatores et violentiarum repressores cessare fecerimus¹¹ : propterea enim illi etiam milites submisimus, ut illorum manu instructus, difficilius queat ab insultantibus expugnari.

CAP. VII.

Hæc nos illi strictim et sub compendio commendata esse volumus. Namque per partes gerenda sunt, ea manifeste perspicet tam ex lege, quam cum magistratus ordinaremus, in commune omnibus descripsimus, quam ex mandatis principalibus, quibus illi dati explanabimus quomodo magistratum disponit tractabitque. Atque hæc agens, non solum nobis ingratus non erit, sed etiam Deo simul ac nobis animam suam devobebit, et pro magistratu denique bene gesto bonam remunerationem spem concipiет. Subjicietur autem et quadam recensio huic sacra nostræ legi, per quam clarum fiet, quid ipsum, et adcessorem, cohortemque ejus ex publico percipere, quid item ipsum pro codicillis magistratus præbere conveniat: ut edocet quanta in ipsum conferatur liberalitas, et ad quam tam moderationem impensa pro codicillis ab ipso facienda redacta sit, rebus ut equum est et recte utatur majorum insuper gentium et plurium hominum imperium sperans, si his quæ in manibus habebit, convenienter utetur.

CAP. VIII.

Porro damus huic quoque, ut appellationis in spectabilium magistra-

⁷ L. 6, 2 5, D. de effic. procons. — ⁸ N. 17, c. 15. — ⁹ L. 2, C. ut nemo privat; L. 1, C. ut nemo licet sine judicis auth. N. 23, c. 4. — ¹⁰ N. 17, c. 15. — ¹¹ N. 8, c. 15. — ¹² d.

tum formam ab ipso hoc transmissa, tam apud gloriosissimos præfectos, quam gloriosissimum nostrum quæstorem vice sacræ consultationis disceptentur. At si quæ cause minores quingentia aureis apud aliquos in sua provincia motæ, (tametsi ex delegatione forte) non tamen apud spectabilem acte per provocationem suspendantur, tum et in hoc gravior venerabiliorque factus, augmenti nobis in ipsum collati meminerit, et ita in rebus gerendis versetur, ut omnibus subditis et nobis ipsis et ante nos Deo simul ac legi irreprehensibilem se præbeat.

EPILOGUS.

§ 1. Hæc igitur omnia pernoscens excellentia tua, et tam magnas illi annonas addat, et ita ample eum dignitatis effectum sciat, ut floris et dignitatis jam nunc illi traditæ cupiditate multis hunc consequi merito affectabile sit.

TIT. VIII.

DE PRÆTORE PAPHLAGONIÆ.

NOVELLA CONSTIT. XXXIX.

Imp. JUSTIN. AUC. Joanni præfectori prætorio.

PRÆFATIO.

Paphlagonum gens et antiqua, neque ignobilis olim extitit : in tantum quidem, ut et magnas colonias deduxerit, et sedes in Venetiis Italorum fixerit, in quibus et Aquileia omnium sub occidente urbium maxima, et quæ multoties cum ipsis etiam regiis certamen suscepit, condita fuit.

CAP. I.

Hanc sane Paphlagonum gentem Honori pientissimi principis temporibus diminutionem passam, et aliquot amissis urbibus nulla utili de causa veteris illius contentions et rigor remissionem amplexam, nos denuo ad pristinam formam reducendam esse, ipsam quoque Paphlagoniam ad instar unius civitatis redigendam, et quæ in duabus iam Pontis¹ fecimus, eadem putavimus et in ipsa constituenda : ut qui harum gentium adunatum imperium, et unum ex duabus prioribus, (nempe Paphlagonias et Honoriadis) factum tenet, is prætor nuncupetur (quod non enim et ipsum romanum est, et provinciarum rectoribus accommodatum), et una utatur cohorte ex duabus prioribus conglutinata, quam et centum virorum numerus supplebit. Imminabit autem omnino hic quoque tributis² publicis exigendis, tam quæ Paphlagones, quam quæ Honoriadis olim incolebant. Præterea omnibus ex aequo urbibus provideat, quas utraque prius habuit provincia, hoc est in Honoriade quidem, Prusiadi, Cratiae, Hadrianopoli, Tio, Claudiopoli et Heraclea. Tametsi enim ex ipsis quedam, ut Prusias, Heraclea, et ipsa provincia metropolis et caput, Claudiopoli scilicet ex Bithynia prius illi assumpta sunt, tamen quia semel eo transmigrarunt, magna curiositas esse putavimus, denuo ipsis ad Bithynos reducere, et formam perturbare, adeo ut sex prædicta urbes, in Honoriade prius existentes, erunt jam nunc et ipsa pars Paphlagonie. Inter ipsis vero Paphlagonas jurisdictionem habebit in alias sex urbes, quæ jam inde ab initio ad eam provinciam pertinent, nempe Germanicopolim, Gangram, Pompejopolim, Dadrybos, tumulos Amastridis, et insuper Jonopolim. Et duodecim omnino totius provincie urbes restant. Ceterum quantum ad præsens institutum circa sacerdotia nihil innovamus, sed metropolitani qui olim sacerdotia hic suscipiebant, tam in eodem manebunt ordine, ipsorum ordinatione quod locum non mutanda, sed ab hujus aliae urbis beatissimis patriarchis ordinandi, quam quos sub se positos hacenus ordinarunt, eos et nunc ordinantes, non de illis inter se dissideant, non confundantur. Et una de cetero fieri provicia, plures habent metropoles, id quod, et in aliis³ quibusdam nostris exstitit provinciis.

CAP. II.

Enimvero qui totius provincie imperium tenet (appelletur autem tota provincia, quemadmodum et ante, Paphlagonia) etiam oberrando urbes lustrabit, nulla id factum prohibente sacra forma olim forte ad talium prohibitionem composita, sed neque vicarios in locum suum hinc inde per urbes dimittens. Omnino enim hoc ipsum prohibemus, si quidem turpe est, ut quandiu ipse in provincia jus reddit, interim alteri quoque vices suas contra legem committat. Sed ipse omnia dispensabit, et publica tributa summa cum animi promptitudine proligabit, neque plus neque

N. 8.

TIT. VIII. — 1. N. 28. — 2. N. 8, c. 8. — 3. L. un. C. de metropoli Berylo: N. 28, c.

minus exigens. Justitia præterea consentaneam aquabilitatem retinet, simul providentiam adhibebit, ut si quid damni fiscus acceperit, id corrigit : simul urbes illas tam publice quam privatim conservet. Annonam quoque, quam uterque prius magistratus habebat surgentem in septentgenden vigintiquaque aureos capiet : tum adcessorem habebit, qui septuaginta duos ferat aureos : et cohortem unam ex ambabus compostam, procedentem usque ad centum virorum numerum, et quadrangintos quadraginta septem aureos et tremissem percepientem et publico. Cumque gratis⁴ officium suscipiat, gratia item hoc ipsum obeat. Nos enim in hac quoque parte subditos nostros redimemus, et his qui ex consuetudine per⁵ occasionem suffragi (ut vocant) aliquid percipiunt, dabimus ipsi, hoc nimur illis per thronum tuum ergentes ex publicis ejus provincie tributis : neque patiemur, ut sub specie et velamento auctiōnis subditis nostri in servitatem adigantr. Neque enim nos, qui decessorum nostrorum collatores a Barbaris eruptos, ad veterem libertatem reduximus⁶, committimus, ut qui nobis ipsis peradicti fuerunt, alii serviant : quin potius Deo, qui multis per nos gentibus libertatem elargitus est, subditorum nostrorum usque novis auctiōnibus oppresuram libertatem (quoad ejus fieri potest) quasi donarium aliquod offereamus : neque obledentes eos qui jam accipiunt (introducemus enim solitam illis ad hoc securitatem), neque item permittentes, ut data pro officio pecunia nomine magistratus, quasi mancipium aliquod subditos nostros a vendentibus coemant, et revendant injuriam inferentibus. Esto igitur inter Pontici tractus provincias et hæc una duplex antea (haud sciens qua de causa) facta appellabuntque (ut diximus) eum qui provincie præerit, prætorem Paphlagonia Justinianæ, licebit autem græca ipsum lingua etiam strategum appellare.

EPILOGUS.

Hæc igitur omnia perdiscens excellentia tua, et tam magnas illi annonas subministret, et ita ipsum sciat ampliæ dignitatis effectum, ut floris et dignitatis hoc a nobis tempore in illiū collatae cupiditate merito multis consequi sit affectabile.

TIT. IX.

DE PROCONSULE¹ CAPPADOCIÆ.

NOVELLA CONSTIT. XXX.

Imp. JUSTIN. AUC. Joanni gloriostiss. sacrorum per Orientem prætoriorum præfectori, iterum exconsuli et patricio.

PRÆFATIO.

Quam amplum nomen Cappadocum gens habeat, et quanta Romanis negotia exhiberit, priusquam in illorum ditionem redigeretur, non ignorantis eruditio studiosi. Certe olim totius ferme Ponti imperium tenuit, et nominatissimi viri, inque magna apud Romanos reputatione exstant, et mirabiliter præstantem, que ita majestati imperatoris placuerit, ut etiam possessionibus quas illi habet, peculiarem magistratum præfecerit, non minorem civili, sed potius majorem. Siquidem et populosisima est, et urbem maximam præbet ejusdem cognominis tunc charissimis nobis Cesare, qui summo orbis terrarum arbitrio, quod nos obtinemus, bonum dedit principium : qua etiam de causa apud omnes terræ populus nominatissimum Caesaris nomen est, et nos præter omnes alias imperatoris majestatis notas eo gloriamur.

CAP. I.

Hanc sane regionem parvo tradere magistrati contra omne nobis decorum et dignitatem fore visum est, cum alias tam vero maxime, quia semper ipsam adversus magistratum nostris dominibus præfectum seditiones movere cernimus, et quia factionibus inter se divisa est civitas, quarum alteram *Taniticam*², quasi discalem et æriaram: alteram *Eleuthericam*, hoc est liberam appellant : et cum existat ambitu murorum una, duplex est sententia. Unde et seditionum et dissensionum occasiones, et si quid omnino malis fatigat homines, id (uti nos arbitramur) ex hac provenit causa : qua sublata, robur simul et concordiam negotio addemus, qua nihil unquam inter homines præclarior exstitit, et præstantius. — § 1. Ac cum aliis magistratibus, quos nuper inter Pisidas³, Lycaonas⁴, Thracas⁵, institutis administrationis forma et acervus ex duarum rerum congressu constitut : tum vero majore hunc formam adornare cupientes, terram etiam potestatem illi adjicimus. Nam is quem huic præficiemus

Tr. IX. — 1. N. 8, c. 15, 2 24 et 25; N. 20, c. 2. — 2. tit. C. de præd. Tanicis. — 3. N. 24. — 4. N. 25. — 5. N. 26.

CAP. V.

Ad hanc diligenter ibi ipsum locorum propiscere volumus, ut omnes qui latrociniis⁶ excent, qui alienas substantias aut etiam uxores rapiant, qui alia denique patrant criminis, persequeatur, comprehendat, et

4. N. 8, c. 1; N. 17, c. 1. — 5. L. un. C. de suffragio. — 6. N. 28, c. 6. — 7. d. N. c. 5, 2. — 8. d. N. c. 6. — 9. N. 8, c. 15.

officio non solum presidebit legibus, et universæ cohorti civili : sed etiam presidebit militibus tam qui in predicta regione, quam qui in aliis Pontici tractus provinciis, in quibus Tamiaca existunt prædia, stationes habent, perinde quasi per ea loca super milites cum imperio positus sit. Permittimus etiam illis in homines Tamiacos imperium : et omnes qui cunque ad comitiamam⁶ prius cohortem pertinebant, sive *Summaria*⁷, sive id genus alii fuerunt, hisce obtemperabunt : et tripli forma conflatum habebit magistratum : siquidem et civilis magistratus erit et militaris, neque non Tamiacis quoque rebus presidebit : utraque illi cohorte, tam comitiana, que et sua conficit, neque cum civili cohorte habebit commercium, quam clarissimi provincie præsidis apparente. Universam vero proconsularem fieri appellare volumus utraque cohorte, tam que comitiana prius, quam que civilis vocabatur, tametsi unam appellationem (nempe proconsulam) obtinet, separatis tamen sua obiecta munera : ut civilis quidem curat tributaria et civilia, que initio semper ad ipsam pertinuisse scimus. Quæ vero comitiana prius cohors erat, imperialium rerum administrationis insistat, et exactionem conficit, ea scilicet forma quam modo explanabimus.

CAP. II.

Curatorum etenim et tractatorum ne nomen quidem omnino superesse volumus, respicientes ad vetera exempla, et nimiam lesionem quam miseria illi collatoribus induxerunt, sed per singulas domos, et totius comitiana cohortis, tredecim primum, quos primos et secundos magistros vocant pericolo, alios tredecim, qui statim post illos separati sint, nominari volumus, singulos (ut dictum est) ex singulis ædibus : et post priores tredecim exactioni incumbere, et servare fisco que sua sunt : propriece item collatorum indolentia, et ne quid ab aliquo ipsorum damni sustineant : scientes quod damnum ex causa collatoribus irrogatum, multo magis ipsorum facultates resipiciet, cum totius publicae exactionis periculum ad ipsos devolvatur. Sed neque eos qui primi et secundi prius magistri vocitabantur, neque tredecim illos qui post ipsos modo separati sunt, quos profligacionem tributorum facere sanximus, quidquam omnino spectabili pro tempore proconsuli preberet vel nominationis titulo, vel quacunque alia de causa : si quinquageni solidi aurei ab unoquoque horum tredecim exactorum primoribus tredecim magistris prebeantur.

CAP. III.

Porro neque ipsos exactores amplius aliquid a rusticis aut denique iis qui ab ipsis exactionem tolerant, accipere, quam que formis Nicetæ magnifice memoria continentur, et exactoribus deputatis sunt neque unibus ipsis nomina fingeret et dama pro hisce nominibus inducere per causam *Aspacticon*, seu tractatoriarum, vel quocunque alio praetextu, sive ad aliquam consuetudinem, sive ad quæcumque vexationem porrigitur, cum enim ad omnibus illis collatores nostros liberos conservari volumus, tum improbo etiam et perniciose tributo eos liberamus, quod pendebat tractatoribus, per quod siem at circa publicum, et suas descriptiones idonei non essent, quin et si forma aliqua sit pragmatica, que vel tractatoribus aliquid preberet, aut longa consuetudo : etiam hanc ollimus, sublato enim ipso nomine tractatorum merito quidquid ad eam causam perenit una sustulimus, specialem hanc collatoribus nostris largitatem impartientes. Quod si quis exactorum præter ea quæ forma beatiss. Nicete definita sunt, que sola ipsos ferre concedimus, aliud quiddam ausus fuerit accipere : sciat tam militia se, quam dignitate et ua substantia casuram.

CAP. IV.

Quoniam vero fieri potest, ut inter tredecim exactores (siquidem ut radiatum⁸ ad hunc perveniant ordinem, sanctimus) unus aliquis ad exactiōdā exactiōne idoneus non sit : concedimus, ut sic quoque relictus quidem ex eo gradu salvis illi permaneat. Cæterum sanctimus, ut tredecim illi primores magistri, et insuper qui post ipsos sunt proximi proprio bonorum periculo alterum quempiam illi *adjutorem* ad nominem, qui convenienter pro illo exactionem expediat : ut neque per illius imbecillitatem injurya afficiatur fiscus, neque ille temporis et gratus sui solatio defraudetur, promotione videlicet adjutoris ejus, qui ad eum munus idoneus non est, facienda, pericolo (ut dictum est) tredecim primorum magistrorum, et aliorum qui post illos sunt proximi. Ac magas merito nobis gratias publicorum tributorum exactores habere oportebit, qui ingentibus illis damnis quibus antea tam magistris quam spectabilis pro tempore compiti, ejusque cohorti obnoxii erant, eos liberaverimus, propterea autem hisce omnibus eos liberavimus, ut neque ipsi

6. L. ult. C. ubi causa fiscus. — 7. c. 7, 2, 1, inf. hic; N. 64, c. 1. — 8. L. 11, pr. D. de

collatores nostros injuriis oppriment, neque praetextus excogetent introitus illos aut alter nominantes, quibus rusticorum facultates enervent : sed his solis contenti que secundum formam Nicetæ clarae memoriae curatoribus præbebantur, omnibus alii abstineant.

CAP. V.

Ipsi vero spectabili proconsuli omnium ex æquo rerum cura immobile, sive civile aliquod sit, sive ad militarem magistratum, sive ad postatem Tamiacam resipiciat, neque quidquam omnium negligat. Ac quoniam majorum huic loco, quam ceteris magistratum attribuere volumus, et veteribus Romanis in more fuit, ut vel designatus consulibus, vel his illorum loco proficerentur, quos proconsules vocitabant, provincias sortirentur : propterea et Cappadocum magistratum proconsulatum esse volumus, quo in Africa prius Romani imperium suum exornarunt. Et in tantum illum nos magistratum auximus, ut eum qui hunc suscipiat, gloriissimis sacrorum nostrorum prætoriorum prefectis connumeremus. Appellatur patria lingua is qui huic presidet, *proconsul Justinianus Cappadociae*, ut et appellationem magistratus propriam habeat, et simul ex re ipsa archegetes, quasi primarius magistratus nominetur : suscepit enim is qui hunc magistratum obtinet facile tallem formam, quando et potestatem per se magnam, et per causam Tamiaice possessionis etiam ad alia loca pretensam habeat. In summa tot rebus hominibusque præsidiis dignitate et auctoritate affluet, adjunctisque militaribus copiis omnia disponet minore negotio. Civiles igitur res conficit more solito : militaribus vero et ipsis commode prebit, nempe et illis se ipsi submittentibus. — § 4. Sed cum primis annis ad rectum Tamiaicarum administrationem, que in tam gravem, et omnium cauponationibus expositam inopiam delapse sunt, ut in nullo fore amplius pretio existant. Tot tantaque enim edicti sumus per provinciam delinqui que vix amplissimo cuique adhibita medicina curare facile est. Nam qui potentiam possessions procurant (sed pudet nos jam propemodum dicere) quanto cum insolentia passim obruant, ut stipatrices illis inserviant, ut non ferenda hominum multitudine ipsos sequatur, ut impudenter omnes latrocinentur : miramurque sedulo, quomodo eo loci subdit, tot perforandi injuriis sufficerint. Inde adeo quotidie Cappadocum injuriis oppressorum multitudine occupatos non et rempul. tractantes adit, ex quibus multi sacerdotes, plerumque mulieres, qui omnes lamentantur, querunturque res suas sibi ablatas esse, quando nemo in proximo sit, qui hujusmodi prohibere valeat. Tamiaca certe possessio jam pene in formam privata redacta est, tota convulsa, direptaque una cum suis equitii, nemine omnino reclamante, ore scilicet ipsis auro obstructo.

CAP. VI.

His igitur de rebus unum aliquem ex perspectissimis nobis regioni huic præficeremus, qui tripli huic ordini præsit, solus omne in se imperium et potestatem circumferens, civilis officii utens insignibus, habens in usu vehiculum⁹ ex argento, securim, fasces, et quæcumque olim proconsularis imperii fuerunt insignia : præcipie autem et militibus et curam geret Tamiaicorum redditum, ut sine ullo detramento et cessatione omnibus ad hoc ordinatis magistratibus obvenient, multo magis ad nostrum palatum, quemadmodum etiamum occasione eorum que vel nobis, vel sacratissima et pientissima Augusta conjugi nostræ inferuntur, tam in auro quam ueste ingrediuntur: nihil enim illinc volumen decedere. — § 1. Non tamen ut ea forma prebeantur, qua hactenus, ex rapinis scilicet, et ex titulo lassionis dationisque collatorum, (hac enim omnia tunis oprosequimur, tun e nostra ejicimus republica) sed ex justis legitimisque causis, quas subjici sacre huic nostra legi jussimus, ut eas ferens is qui pro tempore hunc gerit magistratum sacrissima Augusta conjugi nostræ *quinquaginta* auri libras, prout dictum est, inferat. Magistratum etenim gratis nos creamus : et ordinationes eius absque omnibus procedere largitionibus sanctimus : neque quisquam erit, qui pro hac quidquid capiet. — § 2. Sed et annona ipsi quidem ad viginti usque auri libras damus, prout subjecitur : adessori vero ejus præbemus ad duas auri libras : capiet item ultraquæ cohors id quod usus adhuc e publice suppeditalatur, nullo prorsus modo deminutum : nulla enim re hunc magistratum minimus : et maxime gloriissimi præpositi sacri nostri cubiculi : si quidem et hunc et suppositam ipsi devotiss. Palatinorum scholam in Cappadoccia simili cum potestate, ordine et figura manere sanctinus : non tamen quicquam exinde ferentem vel consuetudinem vel annonorum titulo, vel in auro, vel in ueste, vel in aliis speciebus, neque a spectabili pro tempore proconsule, neque ab ejus cohorte : nam alter puritas conservari nequeat, sub unum enim magis-

muneris. — 9. N. 24, c. 4; N. 25, c. 5, 21.

tratum, quidquid in ea regione g ritur, contrahimus, ne convolutione ipsa claudicet.

CAP. VII.

Sane Tamiaice possessionis curam et rationem magnam habebit is ipse, qui ad hoc a nobis officium proficiuntur : et circumspicit, si quid a Tamiaico solo detractum, et frustra ab aliis detentatum sit, sive in paucis, sive in avris, sive in locis virtibus consitis, sive in prædiis, sive dominis et vetus solum rebus suis vindicabit, nulla longi temporis præscriptione illi opponenda, neque enim fisco¹⁰ licet tale quid opponere, neque lucrum captans, ut maxime patrimonium suum exinde colloquitet : nam depauperatio potius est, quam locupletatio, si quis sordidis utendo manus arbitretur ex eo lucrum se facere, quod multifarian postmodum cum impietate et summo probro restituit. — § 1. Sed et ipsam urbem ab omni prorsus perturbatione quietam conservabit: neque committe, ut sedatio¹¹ aliqua ordinem et administrationem reipublicam. Publica quoque tributa vigilanter et cum justitia exigat, nihil in illis cura prætermittat, neque concedens, ut aut fisco in omnes imperium obtineat, sive milites sive scribari si, tam gloriissimum prefectorum, quam magnanymorum magistrorum militie, sive in civili cohorte numerantur, sive cingulum Tamiaicum gestent, sive in majoribus sive minoribus dignitatibus consistant, sive inter sacerdotes cooperantur sint. Unus enim hic magistratus omnibus præficietur : et tam sua ipsius existimationis, quam nostrarum legum, et ante omnia Dei memor, ut publica quidem tributa per proconsularem cohoret sine detramento et cessatione importentur, curabit: redditus vero Tamiaicos per subditas prius illi throno personas inferat, intendens etiam ad ea quæ pro consuetudine præcipiuntur a gloriissimo proposito sacri nostri cubiculi, neque unib[us] ipsi canonicius, quam pro tempore a gloriissimo præposito emittuntur, vel saltē obolo tenus aliquid accipere, vel consuetudinum nomine, vel quacunque alia de causa, vel ab ipso pro tempore sumario¹², siue qui publicas exactiones conficiunt, vel a spectabili proconsule, vel ejus cohorte, vel his qui *hacasseuastæ*, quasi instructores, vocantur, vel propositis, vel quacunque alia persona ad sacram nostrum pertinentem patrimonium. At vero exercitu utrique harum consuetudinum opem feret, sedabique potentium satellites, neque committet ut loca depopulentur, et latrociniis infesta reddant: neque ipse ea percurrent, quemadmodum prius facere solebant comites. Neque item in locum suum dimittit vicarios, sed locorum defensoribus et cohortalibus suis ad id ministerium obeundum nitetur. — § 2. Sicubi vero et militibus opus erit, ex iis locis milites, ubi necessitas postulat, optulari jubebit, atque hi propriis ista sumptibus expedient, neque subditos dannis involvent, aut gravis ulla ex parte sumptus facient, sed tam ipse his abstinent, sumptum de suo faciens, ubicunque tandem erit, quamvis ad aliam ipsum proficiunt regionem jubeamus, quam etiam adcessor ejus, et reliquum familium, sive ex proconsularibus sive ex militibus, quamvis servile etiam aut subjuge aliquid omnes hosce sequantur, necessitatem habentibus (ut prædictum) militibus et quicunque alii locorum habitant, scholares forte aut domestici, ut illius jussionibus obtemperant, singuli et substantia sue periculum reverti: danus enim ei potestatem, ut haec illis adimit nisi ejus jussis pareant, propterea quod cum qui hunc magistratum obtinet, valimus formidabilem subditis, et venerandum existere. Etenim sive miles, sive proconsularis, sive scholaris, sive domesticus per causam illius jussionum danni aliquid collatori nostro irrogaverit, conveniens est, ut ipse hoc ex istius annonis proprio periculo recepto, injury affecto medeatur. Postrem neque ulli corum qui ex hac urbe co meant, collatores nostros injury tentari permett. — § 3. Sed et cursum publicorum equorum illesum conservabit. *Nihil enim ab ipsius jurisdictione exciditur*. Et si quis ex quoque judicio ad eam regionem commentantium injurias erit, et ultra deputatum et constitutum exegrit, hunc persequetur.

CAP. VIII.

Curam autem geret etiam civitatis, et eorum que ad frumentationem publicam pertinent, et sitonica appellantur, operumque¹³ ejus, et procurabit, ut secundum legem nostram ratiocinia conscribantur, et tam Tamiaica quam civilia insumentur. Et si quem eorum qui solitas illas jussiones insinuare conseruerunt, nempe quod aquarum aliquis ductus impedit, et quod que muros concernunt diffundantur, aut quia pontes præcaventur, cognoscitoque, quod si strenue ista exequuntur, longiore tempore in hoc officio permanebit, et major ipsum aliis forte magistratus excipiet. Cæterum si nostris jussionibus neglectis potentiores aliquos, non legem aut nos colat et veneretur: tum primo quoque tempore

tit. C. de his qui potent nom. — 13. Addit. Authent. Agricultores, C. que res pignori. — 16. N. 17.

provincia expelle, nec permitte ei ut vel jussionem ejusmodi insinuet, vel per hanc causam quidquam omnino lucri capiat. Nam si nobis visum fuerit ejusmodi inspectionem operum celebrari, sacra pragmatica forma usi ad eum qui hunc geret magistratum, communicato præterea de his cum throno tuo consilio, rem ipsam nos disponemus, ne cui facile ad ejus generis pecuniarum exactiones pateat aditus et accessus. Omnia quoque que audierit *improba*, prohibebit is qui hoc magistratu defungitur. Quod si vehementer aliquo et asperiore opus erit, certiore ea de te faciet tam excellentiam tuam, quam gloriissimum prepositum, et alios celeberrimos magistratus, quibus ad talem rem conficiendam aliquid adest facultatis: nos denique ipsos, et nos illi, quid factus opus sit, explabimur. — § 4. Titulos¹⁴ vero prædiis apponere per provinciam cui presidet, continentes certorum hominum appellationem, excepto nomine majestatis imperatoris aut Tamii, hoc est arari, in tantum prohibebit, ut patronum eorum, qui tale quid perpetrare moliantur, in publicum redigat, et manus ascindat eos imponentibus, si presentes forte id ausi fuerint: si vero procuratores absentium, ingentibus illos tormentis subdet. Titulos certe quicunque tandem alligere ausi fuerint, sive presentes, sive absentium procuratores, detractos protinus ad capita eorum qui affixerint, infringeret: sciens fore, ut si id factum cognitum neglexerit, ipse bonorum suorum publicationem sentiat.

CAP. IX.

Juri dicundo cum summa animi intentione et cura incumbet, neque (ut haecens) rusticano¹⁵ homines sinet injuriis opprimi. Neque amplius negotia nobis hic facessent Cappadoces, magno cum clamore supplicantes et lamentantes, sed ipse judicem se illis et disceptatorem præbebit. Nam si quem huc adventem viderimus, qui non prius apud ipsum calamities suas lamentando explicuerit, hunc nos denovo cum interpretatione mittemus in provinciam, propterea quod relicto magistratu provinciae, continuo ad nos docurrit. Si vero cum eos qui injuriam intulerint, convenient, ipse commissionibus deditus et luxu jam perditus, illorum se orationibus non accommodaverit, sed supplices plorare permisit, hique ad nos cogantur currere, et maxime si mulieres sint, nosque edicti fuerimus, quod hi quidem adierint, ille vero injuriam ultus non est, protinus negotium ut suspectum habebimus, quasi proper lucrum, vel per gratiam, vel aliquorum obsequium factum, et nos ipsos illi prorsus opponemus, et cum triplicem magistratus functionem gerat, tripliciter quoque illi resistetur, tam ipso jure, quam nobis, et legibus cum oppugnantibus. — § 1. Que ipsum reverent, memoria item repetentem precepta nostra, que illi una cum codicillis magistratus datum, (appellabant autem ea maiores mandata¹⁶ principis) convenit omnia secundum legem nostram agere utentem in cognoscendo aquitatem sumptum de suo faciens, ubicunque tandem erit, quamvis ad aliam ipsum proficiunt regionem jubeamus, quam etiam adcessor ejus, et reliquum familium, sive ex proconsularibus sive ex militibus, quamvis servile etiam aut subjuge aliquid omnes hosce sequantur, necessitatem habentibus (ut prædictum) militibus et quicunque alii locorum habitant, scholares forte aut domestici, ut illius jussionibus obtemperant, singuli et substantia sue periculum reverti: danus enim ei potestatem, ut haec illis adimit nisi ejus jussis pareant, propterea quod cum qui hunc magistratum obtinet, valimus formidabilem subditis, et venerandum existere. Etenim sive miles, sive proconsularis, sive scholaris, sive domesticus per causam illius jussionum danni aliquid collatori nostro irrogaverit, conveniens est, ut ipse hoc ex istius annonis proprio periculo recepto, injury affecto medeatur. Postrem neque ulli corum qui ex hac urbe co meant, collatores nostros injury tentari permett. — § 3. Sed et cursum publicorum equorum illesum conservabit. *Nihil enim ab ipsius jurisdictione exciditur*. Et si quis ex quoque judicio ad eam regionem commentantium injurias erit, et ultra deputatum et constitutum exegrit, hunc persequetur.

CAP. X.

Porro autem hunc quoque magistratum, prout proconsulam proprium est, inter spectabiles ponimus, appellantesque ab ipso transmissas, tuam excellentiam volumus una cum gloriissimo questore sacri nostri palati in forma et habitu consultationum disceptare. Si qua vero alia in Cappadocia causa minor aureis quingentis per provocationem suspenderatur, sive nostro sive aliquis magistratus jussu datus judex fuerit, qui tamen non sit spectabilis: hunc spectabilis ipse proconsul in forma sacri consistorii et vice sacri auditorii accommodabit audiendum: siquidem et hoc illi jus addimus, decoramusque illi magistratum tam amplio privilegio, quantum nullus in hunc usque diem in Cappadocia obtinevis est. Esto igitur justus et elato animo, et tam nos quam legem præcaventibus habeto: cognoscitoque, quod si strenue ista exequuntur, longiore tempore in hoc officio permanebit, et major ipsum aliis forte magistratus excipiet. Cæterum si nostris jussionibus neglectis potentiores aliquos, non legem aut nos colat et veneretur: tum primo quoque tempore

tit. C. de his qui potent nom. — 15. Addit. Authent. Agricultores, C. que res pignori. — 16. N. 17.